

℣ Si contingat fieri in ij. Vesperis plures Memorias de aliis Virginibus proprias Antiphonas non habentibus,

Pro prima Memoria dicatur Antiphona Ista est Virgo sápiens., ut in j. Vesperis ad Magnificat.

Pro secunda Memoria dicatur Antiphona Veniénte sponso., ut in j. Vesperis super Psalmos.

Pro tertia Memoria dicatur Antiphona Média nocte., pag. 847.

Versiculi dicantur ut in j. Vesperis.

IN COMMUNI UNIUS SANCTÆ MARTYRIS TANTUM.

AD I. VESPERAS.

Super Ps. Ant. iij. toni.







Capitulum. Eccli. 51.

CONFITEBOR tibi Dómine rex, et collaudábo te Deum salvatórem meum ✠ confitébor nómini tuo, quóniam adjútor et protéctor factus es mihi : et liberásti corpus meum a perditióne.